De Carapelle ſcriptura de Uvaldora.

IN Christi Dei omnipotentis nomine. Dum ego Bagari una per jussionem domni Hydelprandi gloriosissimi summi Summi Ducis Ducatus Spoletini directus fuissem in istos finibus Balvenses propter invasionem quam singulos homines de Carapelle fecerunt in Uvaldo, qui dicitur Robore, et in castello super S. Laurentium, ubi Ecclesia S. Cipriani presse videtur. qui ipse Uvaldus pertinere dignoscitur Ecclesię S. Petri in suprascriptos istos qui pertinet supradto Monasterio S. Vincentij. Similiter, et de terraticas, et alias invasiones quas alii homines fecerant: hoc est Pritunus, seù, et Citulus, Paulus etiam et Alpari cum Germanis suis. Iterum, et de Aquario, idest Deudemari et Sinderalus de terratico quod subtraxerant. Et silva quam invaserant in colle Bonioli, et in plagio S. Pancratij. Nunc etiam et magistros, hoc est villanos qui cum mannarias suas soliti fuerunt in suprascripta curte magisterium facere, idest Lupari; et Baldolus Ambrosiolus vel fratres ipsorum, qui de ipsis subtraxerunt se de suo magisterio, simul et de monte de supra villa magna ad Serra. Unde singulos homines de Villamagna terraticum dare consueverant, et dare in prenominata curte nolebant. De singula molina quas aliquanti homines habebant, et exinde pensionem soliti fuerant reddere in ipsa curte, et nunc predti subtraxerant dandi: Propterea nos qui supra Bagari, dum insimul pariter per jussionem Domini mei adessemus cum vobis Sinualdi Episcopo, et cum Anscauso Castaldeo, seù Sintarino ad inquirendum de supradtis capitulis et judicium ponendi qui et de unaquaque jam subtiliter inquisivimus, et judicium posuimus. In primis de Carapellenses super ipsum supradtum locum ut invaserant, accesserunt ibidem ipse Sinualdus Episcopus, et Anscausus Castaldeus, cognoverunt eo quod ipsi invaserant in atrio S. Cipriani, et in castello supradto S. Laurentij, et per viæ de Carapelle, deinde per limita de super S. Laurentij, deinde in casale de populo ipso Carapellense, ubi dum ipsi venissent in nostra presentia; quamquam Episcopus cognovisset de eadem invasione, ipsi dicebant: nihil invasimus, nisi nostra substantia. Et propterea venerunt Uvaldatores ante nos Rodulu et Althu, et Crispus qui ab antiquis Giratores fuerant, et dixerunt quod supradta loca quę cum Episcopo giravimus semper de Uvaldo fuerunt, et dum minime a sua parte Carapellenses potuissent ostendere ipsas terras eorum fuisse, tunc judicavimus ut ipsi Uvaldatores per sacramentum firmarent, et ita factum est ante nos secus testimonium reddiderunt. Post hęc Uvaldia ipsos Carapel-

Petri

lenses